



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Iosephvs hoc est, Sanctissimi Educatoris Christi Dom.
Deiq. nostri in Terris apparentis, ac Æternæ Virginis
Mariæ Sponsi Vitæ Historia**

Stengel, Carl

Monaci, MDCXVI.

Cap. XIII. D. Iosephus fabrilem artem, subseruiente sibi Christo exercet.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42004

Matth. 6

omne genu, Ioseph vnus patris auctoritate imperet; & ille filiali subiectione ei subfit, & obediat, ac dicat: *Pater, fiat voluntas tua:* quod nos æterno Patri orantes dicere ipse docuit in oratione Dominicâ.

D. Iosephus fabrilem artem, subueniente sibi Christo, exercet.

CAPVT XIII.

Cap. II.

IOSEPHVM fabrilem artem, eandemq; lignariam, non ferrariam exercuisse, suprâ pluribus demonstrauius. Quam autem vitæ rationem Christus Dominus cum parentibus instituerit, vsque ad trigessimum ætatis annum, Euangelistæ silentio præterierunt, quasi in cælo percipiendam, vbi summâ cum voluntate

prate, omnia Christi gesta, & dicta intelligemus. Quæ nunc in terris ignorantus, reliquerunt. Nihil ergo certi habemus, præter nonnulla valdè generalia capita, quæ ex scripturis colliguntur, & à nobis in particulari explicanda erant.

Petr. Mor. lib. 5. tract. 9.

Et in primis certum est, hoc tempore, ut plurimum Christum cum parentibus suis habitasse in Nazareth, iuxta nostrum Lucae Evangelium, *Et descendit cum eis, & venit Nazareth;* Certum est etiam Christum Dominum toto hoc tempore pauperem vitam duxisse, quia parentes eius pauperes fuerunt. Certum præterea est, quod quamvis Christus Dominus, eo tempore pauperem vitam duxerit, non tamen solitariam, neq; ab omni hominum convictu semotam, sed veluti communem & ordinariam in

Acta Christi Infantis quæ nobis cognita.

Luc. 2.

exterioribus, omnibus omnia factus,
ut omnes lucrifaceret, nullam alicuj
præbent offensionem. Et exce-
pto illo triduo, quo remansit in
Hierusalem, usque ad tempus
quando ad prædicandum egres-
sus est, non erat adeò pauper, &
inops, ut emendicare cogeretur;
sed in domo parentum, ex eo-
rum bonis, vel laboribus aleba-
tur; qui licet non essent diuites
Maria, & Ioseph, poterant tamen
sine aliorum emendicato subsi-
dio, parvam suam familiam con-
gruè sustentare. Nec decebat be-
atissimam Virginem talis pau-
pertatis, & mendicitatis modus,
qui neque ad virtutis, neque ad
sanctitatis perfectionem conue-
niens erat, pro eo saltem tempo-
re, quo in statu matrimonij vi-
tam priuatam, & in exterioribus
rebus communem agebat, qua
etiam ratione, nõ oportuit Chri-
stum

factum, alicuj
 exce-
 nit in
 tempus
 egres-
 per, &
 eretur;
 ex eo
 aleba-
 diuites
 tamen
 substi-
 m con-
 dat be-
 s pau-
 nodus,
 que ad
 conue-
 tempo-
 nij vi-
 oribus
 t, qua
 t Chri-
 stum

stum saltem pro illo tempore
 hunc mendicitatis modum assu-
 mere. Vnde D. Hieronymus bre- *D. Hier. E-*
 ui sermone hæc omnia comple- *pist. 22. ad*
 ctens dixit: *Usq; ad triginta annos*
Christus Dominus parentum pauper-
tate contentus est. Et clariùs *D. Basil.*
Const. mo-
nast. c. 5.
 lius: Cum primâ suâ etate parentum
 suorum imperio esset subiectus, & la-
 bores corporis omnes a quo cum ipsis a-
 nimo illis obediens tolerauit: verisimile
 est enim, cum homines illi essent, &
 iustitiae, & paupertatis cultores tenu-
 es, tamen solitos eos in assiduâ corporis
 laboribus versari, & hac ratione quo-
 tidianum sibi victum queritare. Porrò
 IESVS cum his (ut diuinæ literæ præ-
 dicant) esset subiectus, sine dubio in-
 perferendis etiam unâ cum ipsis labo-
 ribus, morigeram declarabat suam obe-
 dientiam. Certū deinde est, quòd
 licet eo tempore Christus Domi-
 nus paupertatem coluerit, non
 tamē vitam despectui, ludibrio,

ac hominum irrisioni exposi-
tam degebat, imò sapiens, & vir-
tute clarus ab omnibus existi-
mabatur. Quid enim aliud est,
quod Euangelista ait; *Iesus profi-
ciebat sapientiâ, & etate, & gratiâ, a-
pud Deum, & homines*, nisi quòd
Christus in particulari, & fami-
liari sermone sapientiam suam
ostendebat, tum moribus, tum
virtutibus, corporisq; , & vultus
pulchritudine, quibus homi-
num benevolentiam, & gratiam
in iuuenili illâ ætate conciliabat?
Et hinc *Multi audientes admiraban-
tur in doctrinâ eius, dicentes: unde huic
hæc omnia? & quæ est sapientia, quæ
data est illi? & virtutes tales, quæ per
manus eius efficiuntur? &c.* ut con-
tra quosdam diuersum sentien-
tes probat P. Barradius.

Rursus valdè probabile, &
quasi certum est, Christum Do-
minum tempore isto fabrilem
artem

Luc. 2.

Marc. 6.

*P. Seb. Bar-
rad. tom. 1.
Concord.
lib. 1. c. 15.*

artem exercuisse, vel saltem Iosephum laborantem adiuuisse. Ita *Caiet.*
 defendunt Caietanus, explicans *Marc. 6.*
 illa Marci verba, *Nonne hic est faber?* in hunc modum: *Hinc habemus, unde satisfiat curiosis quærentibus, quid fecerit Christus usq; ad trigessimum annum: vacabat enim exercitio fabrilis.* Et Abulensis, *Christus erat subditus parentibus suis, id est, ministrabat eis opere manuali, ad sustentationem vitæ, & sicut Ioseph erat faber lignarius, forte ipse in eodem officio adiuuaret.* Et Lyranus: *Probabile videtur, quod Christus eandem Iosephi artem exercuit: & quod in arte patris sui putatiui fuit occupatus: quia in doctrinâ, & miraculis, usq; ad trigessimum annum se non exercuit.* Et ita videtur sentiendum: quamuis *Burg. sup. c. 6. Marc. addit. 1.*
 Paulus Burgensis Episcopus contrarium senserit his verbis: *Cum Christus summum gradum contemplationis attigerit, nullo modo dici potuit*

otiosus, et si aliquando ab omni actione, seu exercitio corporali cessaret: hoc enim pertinet ad contemplatiuam vitam, ab exteriori actione quiescere: Et ideo irrationabile est, attribuere Christo occupationem in artibus mechanicis, ad remouendum ab eo otiositatem; neque ex hoc, quod illi de Nazareth ipsum fabricum vocabant, concluditur ipsum fuisse fabricum: sed fabricum illum dicebant, ad vilipendendam eius doctrinam; vel dicendum secundum Augustinum, quod fabricum Christum credebant, quia fabrici filium. Et quamuis Simon de Cassia dixerit, *Artem nullam Christus discibat, unde captaret necessaria vitæ, sed aut maternis, aut paternis lucris, et interdum quæstu humiliter fouebatur: item, operari erat oratio, et subleuatio ineffabilis, tota Deifica erat vita eius.* Quamuis etiam P. Barradius inconueniens maximè reputet, Christum Dominum, ut solent fabri, per alienas ædes, fabricalia

Sim. de
Cass. lib. 4.
c. 2.

P. Barrad.
lib. 10. ep.
13. in fine.

lia opera exercuisse, conscendisse
 recta, ligna cum alijs fabris do-
 lasse, eorum fabulis, ac sermoni-
 bus indecoris interfuisse. Quo-
 rum fundamentis facilè respon-
 detur, quòd Christus Dominus
 vitam communem agens, vt di-
 ximus, & filius Iosephi naturalis
 ab ignorantibus Incarnationis
 mysterium, communiter reputa-
 tus, & non diues, sed subditus, &
 obediens, & humilis, dedignari
 non debuit paternum officium
 exercere, per quod à superna cõ-
 templatione nec diuertebatur,
 nec poterat. Optime sanè P. Sal-
 meron. *Multi igitur hoc desiderio sci-*
endi, quid ab anno undecimo ad trigesi-
num fecerit Christus, discruciantur,
quibus hoc verbo Lucas satisfaciit: erat
Iesus subditus illis. Orabat, ieiunabat,
silebat, pauperibus parentibus collabo-
rabat. Porro IESVS cum his parentibus
esset subiectus, sine dubio in perferendis
etiam

*P. Salmeron
 tract. 47.
 tom. 3.*

etiam unà cum ipsis laboribus morigeram declarabat suam obedientiam.

*Idem tom.
4. tract. 11.
Gen. 3.*

Non est itaque dedignatus Filius Dei ad tam humilem artem se nostri causâ dimittere, ut filium se à Deo missum ostenderet eius cui dictum est: *In sudore vultus tui vesceris pane tuo*, & ut consolaretur eos, qui ex manuum labore victum quæritant. Sed illud est omninò deplorandum, & lacrymis viuis prosequendū, homines qui eius fidem profiterentur, tantū ab illius imitatione abhorreere quem colunt, ut eos solum magnos arbitrentur, qui nihil agunt, otiosiq; totâ die hæc atq; illâc discurrunt, iocis ac lususibus vacantes: remq; ignominia plenam existiment, si homines in artem aliquam, unde honestè possint viuere, incumbant. Sed tantam superbiam atq; elationem ex summis ignorantia tene-

tenebris profectam, puniet suo
 tēpore Deus. Quadrat etiam hoc *Gen. 6. &*
 artificium Christo, qui ex cruce *seq.*
 suâ arcam à diluuiio peccati ser- *Ibid. 28.*
 uantem, vt alter Noë fabricatus
 est, & scalas nobis cōstruxit lon-
 gē maiores illis, quas vidit Iacob
 dormiens, quibus ad cælum pa-
 reret ascensus. Rectè etiam illi *Psal. 73.*
 quadrat nomen fabri, quia fabri-
 catus est auroram & solem, & parat
 nobis æternas māsiones in cælo.

*Felicissimus D. Iosephi ex hoc mundo
 transitus.*

C A P V T XIII.

DEniq; vt ad felicem diui Io- *Pleraq; &*
 sephi mortem accedamus, *à R. P. Ioa.*
 tria præcipuè, quæ erga illam de- *de Cartha.*
 siderari possunt, nobis comme- *collecta*
 moranda sunt: primum, quo *sunt. tom.*
 tempore obierit; secundum, cu- *2. lib. 4.*
 ius ætatis esset, cum è vitâ disce- *hom. 3.*
 deret;